



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnium Antistitu[m] Tungaroru[m],
Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**

Placentius, Jean-Leo

Antverpiæ, 1529

Quartus Antistes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30477

Corpus beatæ Odæ amitæ suæ, miraculis claræ apud Amaniū, sublimauit, & genitoris sui corpus cooperante Carlomāno rege in Collegium diui Petri transtulit. Obiit anno salutis septingentesimo quinquagesimo quarto, anno administrationis decimo nono. Sepultus in æde S. Lamberti. Floruit sub Apostolicis viris Grægorio & zacharia imperantibus Leone & Constantino huius filio. Quo tēpore S. Eucherius Aureleanēsis Antistes, apud diuum Trudonē in exilium proscriptus, & a Pontificio destitutus est. Quia Carolo pugnante aduersus Raginfredū, suæ ciuitatis portas aperire contempsit.

¶ Tertius Antistes.

Fvicarius Comitis Louaniani filius ex filia custodis Flandriæ primi collegij Præpositus, administrare cæpit anno salutis septingentesimo quinquagesimo quinto. Hic opibus pariter & virtutibus, nouenam ecclesiam illustrauit; & Franciæ coronā ad Pipinum patrē Caroli magni trāfferri vidit. Obiit anno salutis septingentesimo sexagesimo sexto anno administrationis decimo nono, sepultus in Collegio S. Lamberti. Floruit sub Apostolicis viris Gregorio tercio & zacharia, Imperante Constantino.

¶ Quartus Antistes.

756.

Virginius.

Agilfridus Burgundię ducis filius, ex filia
Comitis Auerniensis, Caroli magni ne-
pos & contubernalis, in Episcopū assum-
ptus est anno salutis septingentesimo sexagesi-
mo octauo. Qui cū apprime eruditus esset, eodē
cū Carolo, desyderio ferebatur, passim ample-
ctendi doctos. Aureo nēpe illo sęculo suarū ad-
huc partiū putabant esse Principes: præstare, vt
non tā potētia, quā doctrina tuerentur rēp. Qua-
re. S. Lāberti viuendi rationē, & fęlicē agonē cō-
pilari, atq; fidelibus literarū monumētis, ad po-
steros trāsmitti curauit: ingloriū indecorūq; exi-
stimans, si tā necessariū ac vtile exēplar intercide-
ret. Obiit anno salutis. 784. anno administra-
tiōis sexto decimo, sepultus in collegio diui Lāo-
berti. Cuius tēpore Desyderius rex Longobara-
dorū tyrannice omnia egit, & multa oppida vi-
oppressit, multa spōtanea deditione a Romana
sede abstulit: vt Hadrianus primus ad tuēdas res
Ecclesię Carolum Roma accersire coactus sit.
Quo ille adueniens, Paphiam obsedit, Desyde-
riū cū coniuge, pacis perpetuę obsides, Leodiū
apud Agilfridū seruandos misit. Qui defuncti,
Aquisgrani magna sepultura dignati sunt.
Floruit sub Apostolicis viris, Paulo, Stephano
tertio, & Hadriano, Imperante Constantino.

¶ Quintus Antistes.

F

Carolus magnus

768.

*Agilfridus
doctos
amat.*

*rex Longobardorum
Paphiam
Leodij*